



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117794

§. 54. Causa Spei & Bonifacii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](#)

Sæculum V.
A. C. 404.

§. LIV.

Causa Spei, & Bonifacii.

E.p. 78. n.23. Conjecturæ locus est, S. Augustinum

illa Carthaginensi commoratione dum Concilium ageretur, duas epistles in causa Bonifacii Presbyteri scripsisse. Hic Presbyter juvenem, cui Spes erat nomen, Monasterii S. Augustini alumnum, infami crimine accusaverat contra Spes in Bonifacium crimen reprobicerat, dicens, ab ipsomet se fuisse ad fugitum sollicitatum. Cum nullæ essent probationes, hæc res diu S. Augustinum sollicitum tenuit, quod non suspectus alterutrum convincendi argumentum quamvis melior de Presbytero sit. Id eret opinio, & magis ipsi fidem habebat. Itaque mens erat, utrumque Dei Judicio relinquere, donec Spes, qui ipse erat suspectus, sua culpa aliam causam præberet, eum ex Monasterio expellendi. Ipse vero S. Augustinum urgere, ut se ad ordines Clericales promoveret, audaret litteras, ut in alio loco ordinaretur, quod ut faceret, S. Augustinus ob suspicionem de eo conceptam adduci non potuit.

Tunc autem Spes vehementius instare, ut si sibi aditus ad ordinem Clericorum denegaretur, etiam Bonifacio Presbytero in gradu suo permanere non concederetur.

Con-

Consentiebat Bonifacius ne scandalum da- Sæculum V.
 retur Fidelibus, si in vulgus spargeretur A.C. 404.
 causa, in qua innocentem se coram ho-
 minibus demonstrare non posset. S. Au-
 gustino aliud remedium occurrit; nem-
 pe ut inter ambos conveniret, Nolam ad
 S. Felicis Sepulchrum peregrinari. Hoc
 pactum litteris commissum. S. Augu-
 stinus sibi persuasum habebat, fore, ut
 Divina Justitia ad confessionem criminis
 reum adigeret. Prodigium simile Me-
 diolani viderat; fur aliquis, cum San-
 ctorum Sepulchro, animo pejerandi, ac-
 cessisset, cœlitus coactus fuerat furtum
 fateri. S. Felicis Sepulchrum, magno
 miraculorum, quæ ibi siebant, numero
 erat celeberrimum; præterea S. Augu-
 stinus sciebat, se ex epistolis S. Paulini
 amici sui ibi habitantis, quid actum fuisset,
 longe certius, quam aliunde, exper-
 turum. Bonifacio, & Spei, secreto, &
 nemine conscio illuc eundum erat. Imo
 Bonifacius non tulit litteras, ex quibus
 probare posset, se esse Presbyterum, ut
 ipse, & Adversarius æquali jure haberentur.
 S. Augustinus turpissimæ causæ
 scientiam, quæ scandalum paritura
 erat, suæ Ecclesiæ Fidelibus subtrahere
 conabatur.

Nihilominus res hæc in vulgus ema-
 navit, & fuerunt, qui peterent, ut Boni-
 facii nomen ex Presbyterorum Catalo-

go

Sæculum V. go demeretur. S. Augustinus pra
A.C. 404.

de hoc scandalô ad Felicem, & Hil
num, viros inter Catholicos populi Hi
ponensis spectatissimos, scripsit; se me
tem adjicere non posse, ut Nomen Bo
Ep. 77. al. facii ex Indice Presbyterorum tollen
136. quem nullius criminis convictum ha
ret, & innocentem esse non dubitan
Hanc litem coram Divino Tribunali pa
dere, cuius sententiam anteverttere in
injuria nemo posset, sicut in Judicio Se
culari, si appellatum fuerit, Judex in
Ep. 76. rior nihil ultra movere auderet.
Tum ad suos Clericos, & populum do
dit epistolam affectu tenerrimo, & Ca
ritate abundantem, ut imbecillos animos
contra hoc scandalum firmaret. Co
nsernit etiam ipsorum desiderio, ut Bi
facii Nomen ex Tabula deleatur, quia in
Ecclesia prælegi solebat, ne Infidelibus
n. 4. esset offendiculo. In hac epistola dicitur
quamvis Deus ubique sit, atque in Spi
ritu & veritate adorari debeat, nostrum
n. 3. tamen non esse, altitudinem consiliorum
n. 8. ejus scrutari, & quærere, cur in hoc po
tius

(*) Notandum tamen, in Judicio Sæculi,
si forum fuit competens, non prius licere ap
pellare a Judice inferiore ad Superiorem, quam
Sententia lata fuerit. Maxima certe fuit S. Aug
ustini in S. Felicis Intercessionem fiducia, & infideli
sum sperabat prodigium,

XXI
tius, quam in alio loco miracula pa- Sæculum V.
tret? A.C. 404.

Populum suum reprehendit, quod Donatistis ob lapsum duorum Diaconorum, qui ab ipsis ad Catholicos transierant, insultaret. *Nihil aliud, inquit, ipsis exprobremus, quam quod Catholicæ non sint, ne ipsos imitari videamur, dum insimulationes plerumque falsas contra Ecclesiam spargunt.* Deum S. Augustinus testatur; sicut nullos meliores viros invenisset, quam qui sub Monasticæ Disciplinæ jugo protecissent, ita etiam illis, qui in Monasteriis lapsi essent, nullos pejores.

n. 9.

§. LV.

S. Augustini cum Felice Colloquium.

Sub finem hujus anni S. Augustinus in publico colloquio Felicem Manichæum erroris convictum ex numero eorum, quos Electos, & Doctores vocabant, Hippomenem venerat, ut Hæresis suæ venenum civibus propinaret. Etsi Literarum humanarum rudis, nihilominus *Poss. vit. c. 8.* *Sup. XIX. c. 16.* Fortunato astutior erat, quem S. Augustinus anno 392. superaverat. Post primum congressum, in quo Felix jactavit se, quod veritatem Librorum Manetis defendere posset, ventum ad Colloquium publicum in Ecclesia Hippomensi. Super sunt nobis Acta a Notariis scripta, septi-

mo